

quoniam Orgoyosi de Forolivio illius factionis erant, visum est expedire eos prius de Forolivio extrudere, ut hoc facto ceteri omnes Malatestinum impeterent^a. Interim prefectus regis de Florentia veniens in Faventiam non recipitur. Tum ex composito Guelfi de Ymola, Faventia, Ravenna, comites quoque de Conio et ceteri qui convenerant subito de nocte Forumlivium occupant. Orgoyosi^b sic impetiti arma capiunt, in plateam conveniunt cum vicario regis, qui ibi erat presidio^c, cum paucis Catelanis in presidio stantibus plateam armis tutantur viriliter. Cetera urbis partes occupate erant a supervenientibus. Cum populi multitudo per campanam convenire cepisset vocata, metu prefecti regis, qui aderat apud Castrum-Carum, urbe diffugiunt qui venerant [urbem^d] occupare, et cum eis Calbulenses. Orgoyosi cum regis prefecto urbem obtinent. Cesene tum quoque fuit mutatio. Nam dum quidam ibi regis prefectum arcescerent^e, alii disidentes^f armis sumptis expellunt inde Polentenses^g de Ravenna, qui ibi principatum habebant^h. Tum Malatestinus vocatur, ei principatus Cesene datur. Inde obtinuit Furlivii principatum. Itaque, quem putaverant deicere, sublimatus est opera emulorum. Dum ii qui Furlivio fugerant sibi timerent, episcopum Florentinum arcescunt^f. Hic venit Faventiam, diu de compositione egit, hiis bellum dillatum^f est. Cum conveniriⁱ non posset, ut Calbulenses redirent in patriam, convenerunt^k Orgoyosi cum ceteris Guelfis, ut obmissis Calbulensibus bellum non esset. Hoc propter Calbulenses indignati cum prefecto regis nomine Degho consilia^l ineunt de occupando Forlivium, sed id fieri non erat facile sine Ordellaffis principibus Ghibelinorum eius urbis. Igitur cum eis componunt de occupando^m eam urbem. Interim accidit clades que fuit apud Montem-Catinum, ubi erat Deghus prefectus Romandiole. Is ubi tardabat Florentie,

a) 'Impetēt' Hs. b) 'Orgoyosi', wie es scheint, korr. in 'Orgoyosi'. c) 'presidio' hier vielleicht zu streichen. d) 'urbem' habe ich ergänzt; 'quegli ch'erano venuti ad pigliar la terra' Uebers. Ricobald schreibt nicht das italienische 'terra' für 'urbs', das die Uebers. gewöhnlich dafür setzt. e) 'ascererent' (oder 'astrerent') Hs.; vgl. unten 'arcescunt'; 'consentendo alcuni lo vicario del re' Uebers. unsinnig, wo auch das folgende ganz falsch übersetzt ist. f) So Hs. g) 'Polonteses' Hs., wie es scheint; 'i Polentesi' Uebers. richtig. h) 'hebat' Hs. i) 'conuenire' Hs. k) Folgt 'orogo' getilgt Hs. l) 'consilia' Hs. m) 'occupan' Hs.